



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An idem sit sacerdos catholicus & schismaticus. tit. 84

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

&c. tunc est efficax, quãdò ij, qui proferunt verbum, prius per verbum Dei sunt consecrati, ordinati, vocati ritè & Catholicè, qui specialem illã potestatem acceperunt in ordinatione, ibi certa est conscientia, quòd Deus assistit verbo suo, & operatur ea, quæ ibi petuntur, id est, absoluit, baptizat, consecrat, &c. Nõ vnctio confert illam potestatem, sed verbum Dei per hoc medium operatur, & cõfert potestatem. Ad quid fecit lutum in illuminatione cæci, Ioan. 9? Et sputũ, Marc. 7? &c. hæc est fides Catholica. Nota, sententia Ecclesiæ est verbũ Dei, Potestas est Dei minister, Rõ. 13. sed si quis sententiam dicat, & potestatem non habet, huius sententia non est efficax, quia ipse potestate caret. Cùm autem Lutherani &c. & ordine & potestate careant, totum ipsorum ministerium erit inefficax.

AN IDEM SIT SACERDOS

Catholicus & Schismaticus.

TITVLVS LXXXIII.

PRImò, Augustinus Epistola 48. Multi retinentur apud sectas, quòd nihil putant interesse, vbi fides & nomen Christi teneatur, siue sit intra vel extra Ecclesiam, esse sub secta aut Catholica vnitate, modò in Christum credatur. Sed hoc falsum est: nam cultus nullus, neque fides, neque opus Deo placeat extra vnitatem & charitatem: nõ mentitur Paulus 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem &c. Et Christus Mat. 5. inquit: vade primũ reconciliari fratri tuo, &c. At cùm sacerdos schismaticus omne studium habet, ne vnitas redeat, & omnia ex odio faciat quęcunq; facit: Sacerdos autem Catholicus laboret pro Catholica vnitate, ergo non sunt ijdem in intentione docendi, etsi eadem verba Euangelij habeãt & fatean-

fateantur & cetera. Nec inuocatione & ordinatione differant, non tamen Deus per verbum suum in omnibus ex æquo efficax est.

Secundò, eandem verborum formam habuerunt Petrus, Mat. 16. Martha, Ioã. 11. scilicet tu es Christus filius Dei viui, & dæmones, Marc. 1. Luc. 4. ubi eandem dixerant, Iesu Nazarene, scim⁹ quia sis filius Dei, sed iubentur tacere dæmones, nō acceptat Christus hoc, attamen Petri & Marthæ confessionem acceperat. sed hoc quare? quia Petri ex charitate facta fuit cōfessio, dæmonum ex inuidia: odit sathanas Christum, cui nomen eius confitetur: sic qui destruit vnitatem, odit Christum, Ioann. 15. Hōc est præceptum meum, ergo non placet & cetera.

Tertiò, catholici viri & membra veræ Ecclesiæ semper hæc quatuor ab initio vitârunt. Primò, prædicationes hæreticorum, eò quòd sunt falsarij gloriæ sematum scripturæ, lacerant vnitatem ex odio non contra catholicos, & illorū sermo vt cancer morbus seipit, 2. ad Timoth. 2. quos etiam Paulus iubet vitare. Secundò, vitârunt illorum baptisma: Primò, quòd in puncto redemit peccata dimissa in baptismo, propter labem schismatis, sicut redierunt peccata Ieremias illius, qui noluit commisereri conseruo, Mat. 18.

Augustin. libro 1. contra Donatistas capit. 12. & cetera. Corinth. 10. Vnum corpus & vnus panis scilicet esse debemus, qui de illo pane & cetera. Tertiò, vitârunt ordinationem ab hæreticis, & non nisi à catholicis voluerunt ordinari. Sic Ambrosius Mediolani noluit nisi à catholico Episcopo ordinari. Et Moyses monachus, quem regina Sarracenorum in Episcopum suæ gentis elegit, noluit Alexandria à Lucio Arriano Episcopo ordinari. Euseb. libr. 11. Ecclesiasticæ historiæ. sed hoc quare? quia & ipsi excommunicati sunt. Quartò, vitârunt sacramenti eorum communionem nempe Eucharistiæ, propterea quòd omnes sectæ specialem

specialem habent fidem & opinionem de sacramen-
to. Ille dicit esse merum panem & vinum, Alter signū
& figuram corporis Christi, hic negat diuinitatem,
hic in pane sanguinem & è diuerso. Sic Hermogildus
filius regis occiditur in carcere, quoniā cum Arria-
nis noluit communicare &c. Audire ergò nos debe-
mus Ecclesiam catholicam, Matt. 18. ergo differentia
est inter catholicum sacerdotem & sectarium, & fidē
& doctrinā &c. Lutherani negant transsubstantiatio-
nem, & dicunt post consecrationem manere panem
& vinum. sed quid tunc aliud sunt, nisi paniuori?

RECIPIENTES SACRAMEN-

*ta ab hereticis, quinam sunt ex-
cusari.*

TITVLVS LXXXV.



Ria sunt notanda: Primum, quod offi-
cium prælatorū Ecclesiæ sit, denuncia-
re Ecclesiæ falsos doctores & doctrinā,
iuxta illud Mat. 18. Dic Ecclesiæ. Subin-
dè, quòd duplex est genus hominum.

Aliqui sciēter adherent denunciatis hereticis Eccle-
siæ, & illorum sacra approbant, & cum volūtate bla-
spemant orthodoxam communionem & doctrinā.
Postremò, quòd tales qui sciunt condemnatam esse
hæresim, attamen adhuc ex odio in clerum pergunt:
illi nō sunt excusati, & recipiunt sacramenta sine fru-
ctu & vtilitate, sicut vanam medicinam.

Primò habet Ecclesia præceptum i. Ioan. 4. vt pro-
bet spiritus, & Actor. 20. iubet Paulus Episcopos at-
tendere populo, quoniā futuri iunt lupi rapaces &c.
Idèò prælatorum Ecclesiæ officium est, Papæ & Im-
peratoris, auisare seu præmonere populū, id quod fa-
ctum est per Papam & Imperatorem in suis bullis,
Quibus